



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Depositione, seu Degratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

*dalizaverit. 3. de reg. jur. d. c. nisi cum pridem. §. pro gra-
vi. 6. Irregularitas, ut si sit bigamus, aut viduæ maritus.
d. c. nisi cum pridem. c. cum in cunctis. 7. de elect. c. 59. non
confidat. dist. 50.*

Qui metu persecutionis, puta tali quæ constantem vi-
rū posset mouere, c. super hoc. 5. hic. c. cum dilectus fi-
lius. 6. ubi Gl. de his quæ vi met. caus. c. veniens. 13. de
fpons. adversâ valetudine, propriâ inscitiâ deterritus, vel si-
moniæ vitium clam se in sui commodum commissum per-
osus, aliâve simili causâ adductus, Episcopatum deposituit,
& religionem ingressus fuit, postea, causâ cessante, ad Epi-
scopatum denuò assumi potest. c. post translationem. 11. 5.
cæterum. & §. rursus. hic. c. presentium. 1. qu. 5.

De Depositione, seu Degradatione.

T I T. XII.

Degradatio, (quâ, ad similitudinem exauctorationis
ejus qui militiam armatam deseruit, conjugium Ec-
clesiæ & Episcopi dissolvitur: c. 2. §. actualis. de pœnis.
in 6.) fit vel *verbis*, latâ ab eo qui auctoritatem habet,
certo Episcoporum numero, si Episcopus degradandus; si
in minoribus ordinibus constitutus, solo proprio Episcopo
assistente, c. si quis tumidus. c. si autem. in fin. 15. qu. 7.
degradationis sententiâ: vel *solenniter*, latâ non solum
sententiâ, sed ablatis à degradando gradatim singulis ordi-
nis sui insignibus. d. c. 2. §. verbalis. eod.

De utraque infra titulo de remotione latius. lib. 4.
tit. 47.

De Permutatione.

T I T. XIII.

VIdimus supra de Episcopatum translatione: hic ad-
dimus, quia ei valde similis, de omnium beneficiorum
permutatione.